

AMICA

R A T E R N A Q V E

responsio ad Questionem, an Sancta  
virgo Catharina Senensis possit  
cum stigmatibus de-  
pingi?

V A M A F F E C T V S E R A P H I C I

missi ductus prodit in lucem Doctor D.  
Johannes Senes, & Orraca, huius almae Un-  
versitatis Valentiae Theologiae  
Professor.



Ex Officina Claudij Macci,

Anno 1632.

*Præfatio ad Lectorem.*

**N**ON ego elaboravi hunc Tractatum, alius hanc dis-  
sult responſionem in Complutenſi Academia, qua  
manu ſcriptam multoties perlegi; conſideranſque in illa  
clam iuſtam, quia (teſte Philoſopho 1. Reſtor.) *ſuum cuique  
ſernat, neminem namque lædit, cum proprium Parentem,  
totius Eccleſiæ decus, id iure exigente tuetur: innocuam,  
(vt aiebat Pláto) puro animo omnem iniuriæ illationem  
horret, vim vi repellens, fallaciamque ſine felle reſellens;  
bitam, nam eruit oppreſſos de manu calumniantis, & pro-  
ritate decertat; ſinceram, quia verborum lenocinijs nudè  
ſe exhibet, vt veritatem decet; in gaſtulis namque (ait  
bæus ſerm. 36. *flumen verborum, & mentis gutta, quæ  
oſtentat ingenium, ſed rem aptiſſimè aſtendit.* Vidi (vt  
Eraſmo loquar) *calumnias, quæ ſub ſole geruntur,* vidi rursus  
olim extincta nouis lioris commentis acriora denuo ex-  
tari, cum vix hæc inſpicerem, non vltura, ſed medicata  
hæc veritatis arna in lucem prodire decreui. *qui enim lap-  
idatus eſt* (teſte Athanaſio in Apol.) *querit medicinam, illius  
rem calūniæ grauius, quam lapidis feriunt, ſed hi veritas  
deri poſſeſt, quæ ubi negligitur vulnera acerbiora ſiunt.* Vt*

*Introduſtio ad responſionem.*

**P**ost innumeras, diuturnas, prolifaſque concertationes; p-  
ſe datas iã aceriſſimæ litis contètionēs, poſt plura ſe-  
na diſcordiæ veluti iam emortua, poſt innumeras ſcandala  
occafiones radicibus evulſas; poſt ardentes controuerſia-  
tro, citroque commotas, poſt longa litigiorum interualla  
exiit, ſinemque perducta in Vrbe Romæ, poſt long-  
vitiuſque parui ſilentium ab Eccleſiæ capite ſapènum  
expetitum ardentè, tandem mox nouis viribus præſum-

die in campum noui certaminis bene, atque fortiter (ve  
credidit) armatus R. P. M. Fr. Ioannes Martinez de Prado,  
in cuius noua bella restaurat, veteres quo plagas, quæ in  
omnigera paterna prouidentia curatæ sapienter, forteque  
Pontificio, obductæque absque vlla deformitate, in  
cum pacis pulchritudine, bonique communis lucro  
lirigiorum contentionibus renouare, ac refrigerare con  
dit ardore argumentandi apud scholas Complutenses  
num florentissimas.

Quoniam autem huiuscæ rei enodatio, ac resolutio cla  
non è sophisticis argumentorum figmentis pendet, sed si  
fixa que est in nuda, simplici, veraque enarratione; *Veritas  
ide (vt placuit Nazianzeno) non fucatis coloribus, aut colo  
is de Sium in volucris, sed nude pingi debet.* Duo conabi  
quantum possibile fuerit. Primum succinctè, breuiterque  
partem aduersæ. Secundum rei factum, seriemque  
potij ab exordio ad finem vsque quasi filo non recisso inte  
deducere. Hæc autè duo breuissimè præstabimus dulcis  
Bernardi vsi consilio: *Nihil enim absque labore manifestã  
de veritatem, vs breuis, & pura narratio.* Pura quidè erit,  
argumentorum pondere semoto, suisque viribus innixa, abs  
ebacillo se sustentet; quia, vt bene Quintilianus de orato  
institutione, *argumentabimur enarratione vt dixi nun  
um.* Illud verò velimus Lectores monitos, quod si quid mi  
sleue, si asperum alicuius auribus verbum insonuerit, id  
fecto summa de qua agemus, expetet omnino, *& in illo  
opa erit, qui nos provocauit, non in nobis, qui respondere com  
llo sumus. Teste Hieron. Epist. 14.*

§. I.

otius mysterij exordium, progressus, & finis ad nostra  
vsque tempora.

Primi, ac Præcipui Authores, vnde cæteri Chronogra

phi, & scriptores, vel locuti sunt, vel dictavere, fuere Re-  
readi, ac venerandi Patres Fr. Raimundus Capuanus Tra-  
2. capit. 6. vita S. Catharine, & Fr. Thomas, qui con-  
fiones excipiebant, & Fr. Stephanus, qui ante Carthagi-  
ingressum eius inhærebat obsequijs; ab his acta B. Vi-  
gines fideliter conscripta exceptit evulganda posterorum  
monia diligentissimus, necnon Sapientissimus S. Antonius  
de Florentia Tom. 3. tit. 23. cap. 14. §. 10. vt testatur sacra-  
tuam congregatio inferius reperenda. His refert verbis S.  
toninus proximè citato loco totius mysterij seriem: *Cum  
ser in civitate Pissana, quadam die Dominica, audita Mi-  
in Ecclesia, & sumpta communionem ab ipso Magistro Raim-  
do, raptam est in extasim à sensibus alienata, & post aliqu-  
spatium ad se reuersa, vocavit ad se præfatum Raimundum  
dicens: Noveris Pater, quod ego stigmata Domini mei Ie-  
Christi in corpore meo iam porto. Interrogavit quomodo à  
mino factum hoc fuisset? At illa: Dominum meum vidi  
cifixum super me magno cum lumine descendentem, prop-  
quod ex impetu mentis volentis suo Creatori occurrere corpu-  
culum, coactum astringere se. Tunc ex sacratissimorum se-  
ram cicatricibus vulnerum quinque in me vidi radios sangui-  
neos descendere, qui ad manus, pedes, & cor mei tendebant  
pusculi: Quapropter advertens mysterium continuo exclam-  
ui, ab Domine Deus non appareant cicatrices in corpore meo  
exterius, sufficit mihi interius! Tunc adhuc me loquente, an-  
quam dicti radij pervenissent, colorem sanguineum muta-  
runt in splendidam, & in forma pura lucis pervenerunt  
quinque loca corporis mei, manus, pedes, & cor ad latus su-  
strum. Hac de rei facto S. Antoninus.*

2 Cum autem progressu temporis vulgata huius reuel-  
tionis fama, & accepto à Pictoribus rimore, factique hysto-  
ria patefacta per orbem S. Catharinam Senensem haud dis-  
milibus stigmatibus, quam Seraphicum percussam, & impu-  
sum Franciscum P. N. insigni re coeperunt, ob novitatem

crescente numero copiarum re cognita à Majoribus no-  
 stris, Minister Generalis, & Præcipui Minoritarum Patres  
 conqueſti ſunt apud ſummum Eccleſiæ Pontificem Sixtum  
 Quartum ad conſortium ſacrorum Chriſti ſigmatum admit-  
 tendam. D. Catharinam, tum cum damno, & iactura ſingu-  
 laris priuilegij Seraphico Parenti à Chriſto reparatore mira-  
 biliter conceſſi, tum contra veritatem hystoriae, & cum peri-  
 culo irriſionis hereticorum. Præcepit Summus Pontifex ſub  
 minacibus pœnis, ne vltcrius fieret, emiſſo hoc anno 1472.  
 graui diplomate, è cuius exemplari incipiente: *ſpectas ad Rô-  
 mani Pontificis providentiam*, hæc accipe ad vltcriora valde  
 neceſſaria: *ſine rei veritate*, & paulo poſt: *Nos igitur de pro-  
 miſſis plenam habentes notitiam, & quod ſi dicta S. Cathari-  
 na ſigmata huiusmodi habuiſſet, ſælicis recordationis Pius  
 Papa Secundus Prædeceſſor noſter, qui eandem S. Catharinam  
 catalogo Sanctorum adſcripſit, & ſuarum virtutum præro-  
 gatiuas in ſua cano uizatione luculentiffimè declarauit, ali-  
 quam de hoc ſingulari priuilegio feciſſet mentionem.*

Exat autenticum  
 in monumentis Or-  
 dinis S. Francisci  
 r. impreſſionis, 2a  
 part. fol. 3e.

3 Aegrius obtemperatur huic decreto, & paſſim fran-  
 gitur legis conſultum. Tertium ferme poſt annum inſtat al-  
 tero diplomate cum pœnis aggravatis, cuius initium: *Lices-  
 dum militans anno 1475. vbi circa medium in Pictores, at-  
 que contionatores: Proprijs* (inquit Sixtus Quartus) *inheren-  
 tes affectibus illam cum ſigmatibus depingere non formident  
 in conſemptum mandatorum huiusmodi, & ſcandalum plu-  
 rimorum. Nos attendentes, quod Sancti, & ſanctæ Dei, non ni-  
 ſi veris, certis que prærogatiuis gratiarum, & priuilegiorum  
 laudibus venerandi ſunt, atque etiam quod tanti myſterij, &  
 Sacramenti noſtræ redemptionis præclara, & admiranda in-  
 ſignia nemini attribui debent pro reuerentia noſtri Saluatoris,  
 niſi cui attribuenda eſſe rei euidentia, & certitudo facti de-  
 ſiderauerit, atque ſuper his opportunum valentes adhibere re-  
 medium, & ys, ex quibus in Dei Eccleſia ſcandala verosi mi-  
 ter poſſent exoriri pro poſſe obuiare, vt tenemus, &c.*

Habetur autenti-  
 ca, iſtæ de m.

4 Notæ hinc ſæquentes turbæ, & grauiffimæ diſcordiæ  
 iii.

inter vtriusque sodalitiij fratres, ne litis contagium vltra ser-  
 peret, aut Pontifices leges impune contemnerentur, vltus A.  
 postolica benignitate vocauit Sixtus IV. anno 8. sui Pontifi-  
 carus Reuerendum P. Fr. Leonardum Perusinum Ordinis Prae-  
 dicatorum Generalem Magistrum ad comitia sui ordinis itu-  
 rum, iussitque, vt cum concriptis Patribus ageret de tollen-  
 dis in hoc negotio discordiae seminibus: ille re prudenter, ma-  
 ture cunctanter, serioque discussa, tandem decernitur pari,  
 communique consensu totius Generalis Capituli, & ad tol-  
 lendam omnem scandali occasionem, statuitur sub grauissi-  
 mis poenis, ne deinceps ita depingeretur, neque de eius stig-  
 matibus quidquam circumferretur. Laudauit Pontifex de-  
 creti Conditores, & vt constantes essent obseruatores literis  
 admonuit, quae incipiunt: *Dilecte fili*, anno 1478. e quibus haec  
 accipe totam rem euincencia: *Tu vero veluti sanctissima Sedis  
 Apostolicae, & salutaris obedientiae filius, sicut semper fuis-  
 tius sacratissimus Ordo in ipso Perusino vestro Capitulo Gene-  
 rali maturo, & longe habito consilio super hac re nobis expo-  
 sisti ex parte tua, & omnium Definitorum, qualiter vos sta-  
 tuisti sub grauissimis censuris, & poenis, ne de caetero S. Ca-  
 tharina cum stigmatibus depingatur, ne ve de eius stigmati-  
 bus fiat verbum, aut sermo, vel praedicatio ad tollendam om-  
 nem scandali occasionem, & hanc ipsam vestram ordinatio-  
 nem, tam Generalis Ordinis Minorum, quam aliquibus Prio-  
 ribus ostendisti, quam minime respuerunt; Quare tuam, &  
 tui Ordinis obedientiam laudantes, & approbantes, hortamur  
 te, & tui Ordinis vniuersos fratres in Domino, vobisque omni-  
 bus districtius praecipimus, vt quae in vestro Capitulo Generali  
 bene, & optime ordinastis, obseruare inuiolabiliter studeatis.  
 Haec Pontifex reuocans ibidem poenas impositas ad id vlque  
 tempus in gratiam praestitae obedientiae. Sed male abusi Pon-  
 tificia benignitate ad pristinas assertiones veluti ad vomitu  
 redierunt. Displicuit hoc Sixto, & per novas literas incipien-  
 tes: *Per Breue nostrum anno 1480.* renouauit primarum con-*

72  
 Habentur autem  
 in conuentu  
 Caesarug. Ordinis  
 Praedicatorum, &  
 refertur à Vinz. de  
 Iustiniar. libr. pro  
 imaginibus S. Ca-  
 tharinae, pag. 37.

4  
Nitorum poenas, & præcepta his verbis: *Quare presentium*  
*tenore decernimus, & declaramus, quod Bulla prædicta super*  
*his stigmatibus, edita ob suspensionem præfatam, ut proferretur*  
*nullatenus reuocata censeri debet, sed in sua esse, robore, & vi-*  
*gore, ac si huiusmodi suspensio (quam ex nunc expirare decerni-*  
*mus) non emanasset, mandantes sub censuris in ipsa bulla con-*  
*tentis omnibus, ad quos spectat, ne præfatas ipsius Sanctæ Ca-*  
*tharinæ imagines amplius de cætero cum stigmatibus depin-*  
*gant, ac pictas aboleant præfata suspensione, ac cæteris in con-*  
*trarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.*

5 Sed contentiones vtriusque instituti ulterius grassan-  
tur, nec altercandi finis, & meta attingitur. His de causis va-  
rios excogitauerunt componendi modos posteriores Ponti-  
fices: Innocentius VIII. circa præterita quidquam innouare,  
siue ab imaginibus Diuæ Catharinæ ad illud vsque tempus  
depictis vulnere notas expungi, aut aboleri, ne verò in po-  
sterum similes efformarentur sub censuris præcepit, vt testa-  
tur Iustin. de imaginibus B. Catharinæ, §. 6. Alexander VII.  
decreuit ne rubri, aut sanguinei coloris stigmata, quibus ex-  
terna penetrantia, aut cruenta vulnera exprimerentur, sed au-  
ratas, aut lucidas notas internos dolores indicantes Pictores  
adiicerent, vt videre est apud eundem Iustin. §. 8. sub finem, &  
hæzzium tract. de S. Catharina. Et demum Clemens VIII.  
(apud Castellinum de stigmatibus sanctæ Catharinæ, pagin.  
219.) dum acius inter vtriusque sodalitiij viros de huiusmo-  
di picturis contenderetur, rem totam Cardinalibus Sacrorum  
Rituum, tunc præfectis examinandam, & decidendam com-  
missit, a dhibito decreto, ne quidquam interim innouaretur.  
Tandè Urbanus VIII. prolatis per vtriusque religionis procu-  
ratores multis scripturis hoc decretum sacre congregatio-  
nis Rituum matura resolutione compactum confirmauit.

6 Cum aliis sub die 17. Martij sacre Rituum Congrega-  
tio distulisset resolutionem, quoad officium proprium S. Catha-  
rinæ Senensis fuis in hac congregatione, referente eodem Illu-  
stris

H. denr autenti-  
ca in loco citato  
in non meatis or-  
dinis, fol. 40.

Hoc decretum ex-  
tar: authenticum Ro-  
me in nostro con-  
uen u Aracelli, t.  
& referretur ad un-  
guem à Reueren-  
dissimo Vadingo. 6. to-  
Annales pag. 280.

*Strissimo Cardinali Nuncio, resolutum, quod lectiones sint con-  
ficiende iuxta hystoriam narratam à S. Antonino, facta tamen  
verbo cum sanctissimo, qui sanctissimus annus, demmodo  
fuit aliqua mentio de Stigmatibus. Die 11. Junij 1629.*

7 Inherentes itaque decreto, & actis beatæ virginis fi-  
deliter conscriptis à Raimundo, Thoma, Stephano, & præfer-  
tim à S. Antonino Domini Cardinales officij lectiones com-  
poni iusserunt, & arcanum hoc acceptorum vulnerum eisdem  
S. Antonini verbis fideliter proponi, & ab vniuersa Ecclesia  
legi, Apostolica præcedente approbatione, decreuerunt.

8 Proponit lectio quinta de verbo ad verbum totius  
mysterij feriem transcriptam, & desumptam à S. Antonini  
Chronologia adducta superius num. 1. & absoluit totam de  
plagis summam, his verbis: *Hanc itaque gratiam amantissi-  
mus dominus noua gratia camclauit, vt sentiret dolorem illa-  
su vi vulnerum, & cruenta signa non apparerent, quod ita co-  
tigisse cum Dei famula confessorio suo Raimundo retulisset,  
vt oculis etiam representaretur radios in imaginibus B. Catha-  
rine ad dicta quinque loca perringentes pia fidelium cura pi-  
etis coloribus expressit. Hactenus Summus Pontifex Vrba-  
nus VIII. in officio nouem lectionum de S. Catharina Senen-  
si nouissimè concessio, & concinnato. Et hoc totius rei gesta  
compendium breuitate, quia posuimus ante oculos propo-  
situm. Hæc nostra conclusio, & eius rationes legenti contem-  
plandæ, & proponendæ.*

## S. II.

*Oppugnatur primum dictum R. P. M. Fr. Ioannes Marti-  
nez circa stigmata diuæ Catharina.*

*Sed age iam ad resolutionem Quæstionis à R. P. M. Fr.  
Ioanne Martinez propositæ accingamur. Tribus conclusio-  
nibus rem deliberat, & absoluit, quas seorsim oppugnare, & fal-*

5.  
gratis convincere, non sophisticis rationibus, sed nuda ve-  
ritate tendimus. Audiamus ipsam.

*Autor Quaestionis §. 2. num. 10. pag. 4.*

Dico primo B. Catharinae Senensi diuinitus sunt impressa  
corpore quinque sacratissima stigmata D. nostri Iesu Chri-  
stus probatur in primis ex Summo Pontifice Pio II. in hymno  
operarum S. Catharinae in Ordine Praedicatorum, in ipso  
curari antiquo, & nouissimo habetur, quod fuit officium  
curatum à Pio II. ibi ergo sic dicitur: *Quem latet virtus, faci-  
litas clarum, quo nequit dici sanctitas per orbem vultuerum  
nam miserata Christi exprimis ipsa.*

### Responsio.

Si censere quis velit, vt Autor Quaestionis, hunc hym-  
num esse intelligendum secundum sonum literae, & de ex-  
pressionem penetrante, & pungente, iure etiam poterit iudica-  
tionem fuisse editum à Pio II. licet inferius officio à Patribus  
praedicatoribus recitari solito; Nec mirum hoc videbitur,  
quod enim mediocriter doctus ignorabit, quae miracula, quas  
revelationes, quae officia cultui diuino dicata, quas fraudes,  
quam inualida assertionum adminicula in re simili (licet ma-  
gis momenti) experti, & passi sumus praeteritis temporibus.  
Remittimus lectorem pro rei euidencia ad Seraphicum arma-  
nentarium à pag. 240. vbi in officio de sanctificatione à Re-  
uerendo P. Bandelo totius Ordinis Generali Magistro com-  
posito, & à toto ordine recitato, innumeros inueniet errores,  
clausulas adulterinas, quas pudebit legere. Sed ne egre-  
damur à praesentis instituti cancellis, animaduertendum est  
vetera officia D. Catharinae pro diuersis temporibus fuisse re-  
citata à Patribus Praedicatoribus. Habemus in nostra Biblio-  
theca Martiniensi Breviarium antiquum, editum anno 1527.

vbi Mense Maio, fol. 272. in festo S. Catharinæ, cuius Epitaphie S. Catharinæ Senensis officium à Papa Pio II. editum, ergo in tribus officijs lectionibus, nec verbum vllum, & lectio aliqua de stigmatibus S. Catharinæ fit: At in Breuiario Romæ impresso anno 1603. sub Reuerendo P. Fr. Hieronymo Xabiere Cesaraugustano totius præfati ordinis Generali Magistro recognito, & emendato nomine officij editi à P. II. vt ibi constat ex inscriptione in 3. lectione præfati officij hæc sunt verba: *Cuius corpori pretiosa sua quinque vulnibus alio tempore mirabiliter impressit.* Vbi clarè vides sacramenta, quorum in lectionibus antiquioris officij editi à P. II. nulla omnino mentio fit, pro libito fuisse addita eidem officio à Patribus Predicatoribus, iure ergo dubitari poterit idem patratum fuerit in hymno.

10 Sed ly *vulnerum formam exprimis* concinatum à P. II. indubiè tenendum est debere explicari de radiantibus partibus superficie tenus: Habemus de hoc sensu certiore Apostolicum sermonem, cui bene facietis attendentes, quasi lucida lucenti in hoc caliginoso loco plagarum, donec dies exortus cœscat: hoc primum intelligentes, quod omnis noticia huiusmodi arcani propria interpretatione fieri non debet: *Nos. igitur de præmissis* (inquit Sixtus IV. supra num. 2.) *plenam habentes notitiam, & quod si dicta S. Catharina stigmata huiusmodi habuisset felicitis recordationis Pius Papa II. Prædecessor noster, qui suarum virtutum prerogativas in sua canonizatione luculentissime declarauit aliquam de hoc singulari privilegio fecisset mentionem Aliquam non fecit ergo per hymnum à P. II. compositum non fecit. Quid clarius? Adhuc luculentius Verbanus VIII. supra num. 8. *Radios in imaginibus B. Catharinæ ad quinque loca pertingentes pia fidelium cura pictis coloribus expressit.* Præter Quæso radij pertingentes, non pungetes, exprimit sine impressione. Vt si hymnus à P. II. Secundo compositus tunc temporis intelligebatur de vulnere, non ruptione penetrante, & res vltro, citioque ardet*

6  
commota sub lite erat inter utramque familiam, credibi-  
litate sui oblitos fratres, qui tale officium sæpè reci-  
perant, quibusque ad comitia Generalia undique ex toto-  
ne confluentibus à Sixto demandata erat tanti momen-  
ti articulus discutienda, & pœnitus examinanda, quin ad  
Tribunal iure, meritoque allegarent per hunc à Pio  
compositum, vulnere B. Catharinæ factam fuisse specia-  
lem mentionem: falso ergo nititur Author fundamento ex  
his verbis secundum mentem Pij illius effectoris inten-  
tionem, aperturam vulnere persuadere iudicio posterorum,  
quod sit secundum fulcimentum.

*Author Questionis eodem § num. 11.*

adduco præterea in huius confirmationem testes maiora  
exceptione. Sit primus Beatus Raimundus Capua-  
nus sanctitate literis singulari prudentia admodò celebris,  
Ordinis Prædicatorum Generalis Magister creatus  
et fuisse sacre virginis confessorium testatur Pius II.  
in canonizationis, &c.

**Responsio.**

Animaduertendum maximè oportere commone-  
sceratos lectores ex Raimundo, cuius hic adducit testi-  
monium, & ex D. Antonino, qui seriem hystoriæ mutuatus  
eodem verbis ab ipso Raimundo, & Stephano Senensis  
omniumque itinerum eius comite indiuiduo, ut  
Author Questionis hic num. 12. totius rei gestæ ex  
virginis acceptæ veram, sinceramque enarrationem om-  
nino vade ceteri, siue Contionatores, siue Chrono-  
logi, & præcipuè cuncti Patres Dominicani transcripse-  
runt propter in illos veluti in suos fontes riuos istos re-  
ferre aduertit Ludouicus Granatensis in annotatio-

nibus S. Catharinæ, his verbis: *Res gestas huius virginis m  
literis mandauerunt, sed omnes fere scripta sua ex Raimund  
floria hauserunt.* Ad rem ergo probat Author Quæstio  
D. Catharinæ Senensi diuinitus fuisse impressa in corp  
quinque stigmata auctoritate B. Raimundi: quid autem  
mundus de hac re suggererit D. Antonino, audite ipsius  
ductum ab Authore Quæstionis §. 2. num. 13. & à nobis m  
r. & reuelationem Christi Domini ad virginem Catharin  
referentem: *Tunc (inquit) ex sacratissimorum suorum cic  
cibus vulnerum quinque in me vidi radios sanguineos dese  
dere, qui ad manus, & pedes, & cor mei tendebant corpus  
quapropter aduertens mysterium, continuo exclamaui, ab  
mine Deus non appareant cicatrices in corpore meo exter  
sufficit mihi interius! Tunc adhuc me loquente antequam  
radij peruenissent, colorem sanguineum mutauerunt in s  
didum, & in forma puræ lucis peruenerunt ad quinque  
corporis mei.* Quid efficacius, aut euidentius excogitat  
nuit contra ipsam sese roborantem auctoritate Raimu  
Contendit probare impressionem profundam quinque  
nerum, & recurret ad quinque radios sanguineos è qui  
Christi cicatricibus descendentes, qui antequam peru  
sent, colorem sanguineum mutauerunt in splendidum,  
forma puræ lucis peruenerunt ad quinque loca corpori  
ginei: enixè deprecata est Dominum, & precibus effi  
simis consequuta, quod non appareant in corpore suo  
trices exterius: sufficitque ei interius, & tibi non suffic  
terius solos radios, è sanguineo in splendidum colorem  
tatos in forma puræ lucis peruenisse ad quinque loca co  
culi virginici? Conquereris §. 4. num. 29. puram istam lu  
vtpotè incorpoream, pingi non posse, & vis contra vo  
dentia, & præces instantes virginis à Deo benignè exau  
puram lucem incorpoream in plagas conuètere corpe  
Si piéta cerni nequit lux, quæ superficie tenus cutem  
penetrata, & profundè abscondita respici quomodo po

7  
Non miror equidem in lumine isto non videas lucem, qui ca-  
teros existimas excutire.

12 Adducit secundo loco in robur, ac fornitatem sen-  
sententiae venerabilem P. Fr. Ludovicum Granatensem, a  
viris iste eximius, nec latum vnguem transversum à Raimundi  
verbis, nec Iota, nec appice deffert, praeterquam, quod quina-  
rium radicum dextro locat latere, cum S. Antoninus locum  
tribuat sinistri; quae autem discriminis ratio, quae causa ipsi  
viderint, sufficiat ad praesens adnotare obiter locorum dis-  
cordantiam, adhuc innotis lucis adhaerentis.

13 Tertio adducit pro sententiae suffragio S. Antoninum  
eiusdem virginis praecipuum Chronographum, & huiuscae  
rei testem oculatum. Numquam nobis persuadere potuiffe-  
mus Authorem Quaestionis pro impressione stigmatum ad-  
ducere aulum S. Antoninum de Florentia, cuius mens, ac sen-  
sus hac de re luce clarius patet expressa num. 1. Sed praeter  
hystoriae autoritatem ibi relatae, audite eundem S. Anto-  
ninum alibi id ipsum egregie exprimentem, nempe 3. part.  
titul. 24. cap. 1. §. 3. *Volavit (inquit) super pennas ventorum  
Franciscus, qui videlicet transcendit alios sanctos in hoc pri-  
vilegio, quod in corpore suo fuerunt corporaliter impressa in-  
signia passionis, & tandem in fine vitae transiens de hoc mun-  
do, volavit anima eius super Cherubim inter Seraphim, & sic  
credi potest locatus super pennas ventorum transcendens praerogativa speciali, perfectiones sanctorum, & privilegia eorum,  
et impressiorem stigmatum, quod de nullo Sancto legitur ita  
expresse Quid clarius, & illustrius in honorem, ac cultum Se-  
raphici Parentis? Quid efficacius ad convincendam aduersa-  
rium, qui pro impressione stigmatum comprobanda adducit  
testimonium S. Antonini, qui soli Francisco Parenti nostro at-  
tribuit stigmatizato hoc privilegium singulare? Hic aduer-  
tendum est, quod ut refert S. Antoninus in contextu, serie-  
que hystoriae adducens revelationem D. Catharinae ore suo  
ita facit: *Antequam radij pervenissent, colorem sanguineum  
muta;**

*mutauerunt in splendidum, & in forma pura lucis peruenierant ad quinque loca, &c.* inter hæc retulit sancta virgo Raimundo: *Novcris, quod ego stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto.* His moti plures Patres Dominicani, & nixi huius autoritate hystoriæ, cuius sensus ad oculum patet, attribuunt sanctæ Catharinæ stigmatum factorum arcum, cum stigmata portare hoc loco manifestum sit lucis puræ radios externa cute portare adherentes, vt latissimè sese explicat D. Catharina confessorio suo Raimundo. Hac vna sola annotatione omnibus authoribus, tum domesticis Dominicani sôdaltij, tum exteris satis, abunde, plenissimè que fit asserentibus habuisse vulneta, hoc est, eo sensu, quo refert eius sacra hystoria ex ore Sanctæ à Raimundo, & ex Raimundo à S. Antonino exhausta sensu illo, atque spiritu, quo intelligimus Apostolum Paulum affirmantem ad Galatas 6. *Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto*; additis vltcrius S. Catharinæ splendoribus extrinsecus hærentibus.

*Author Questionis eodem, §. num. . 4.*

Similia inquit doctissimus, &c. Fr. Laurentius Surius Carthusianus, tomo 2. sanctorum 29. Aprilis, pag. mihi 936. &c.

### Responsio.

14. Intendit hic detorquere in suam sententiam Surium citatû, sed immerito sane; ibi enim Surius mentem imbuir Raimundi, dum ait: *Sciscitanti autem Raimundo quid ista sibi vellent, &c. Testatur autem P. Raimundus, &c.* & referens ad verbum extasim à Raimundo vulgatam, *Deinde autem* (inquit) *secrete indicasse eam ipsi fide dignissimo Patri Raimundo Dominum Iesum Christum sub illo raptu modo admirabili ipsius corpori quinque vulneta impressisse.* Itaque Surius omnia refert, ac loquitur ex ore, ac mente Raimundi, & Tho-

ma

me confessorium virginis, quod manifestè patet, ait enim:  
*Impresso in dexteram manum eius cum ingenti dolore invisibili,*  
*si vulnere in argumentum veritatis, ut ipsa non dubitaret se*  
*stigmata habere in illa manu.* Præme quæso invisibili vulne-  
 re in argumentum veritatis: ergo in manu non est impressum  
 visibile vulnus, aliàs opus non esset argumento, quis enim du-  
 bitet de eo, quod manu tenet, aut oculis cernit? *In manifestis*  
*enim (inquit Philosophus) non e genus coniectura:* in argumē-  
 tum ergo datur invisibile vulnus, ut ipsa non dubitaret se stig-  
 mata habere in illa manu quoad dolores internos: *Rem autē*  
*certam esse (progre dietur ibi Surius) testabatur dolor, qui eam*  
*iugiter illic crutiabat.* Dolor rem certam esse testabatur, non  
 vulnus inflictum: Dolor eam crutiabat illic; vulnus ruptum il-  
 lic non crutiabat. Vbi planè vides loqui manifestè Surium ea  
 mente, qua Raimundus de impressione dolorum ad partes  
 externas, & loca, nempè manus, pedes, & latus respondentia  
 erumpentium per poenarum communicationem sensum: id  
 persuadet illud Surij: *Tantum autem dolorem in illis vulne-*  
*rum præsertim cordis locis.* Nota non dixisse in vulneribus,  
 sed *in illis vulnerum locis,* in quibus vulnera habuisset, si per  
 instantes præces, voraque ardentia à virgine emissa ad Deum  
 erumpentes radij sanguinei à Christo Domino in splendidis-  
 simam lucem non fuissent commutati.

15 Congerit præterea ingentem syluam (vt assolet) mul-  
 torum Chronographorum ad placitum istud construendum,  
 videlicet R. P. Riba denciram de vitis sanctorum, part. 1. de  
 S. Catharina, die 29. Aprilis, fol. mihi 344. vbi referens ad  
 verbum sicuti Surius hystoriam Antonini ita fatur: *Como dize*  
*San Antonino, Arçobispo de Florencia, part. 3. titul. 23. cap.*  
*14. estas llagas fueron interiores, no exteriores, porque ella mis*  
*ma se lo suplicò al Señor.* Vocat etiam multos ex illustrissimo  
 coetu Dominicanæ familiæ, nempè Ferdinandum Castillo, 2.  
 part. lib. 2. cap. 44. in hystoria generali Ordinis Prædicato-  
 rum, qui ad finem post enarrata ad verbum Raimundi, & An-  
 to-

tonini a ceta hæc habet: *Est a sue la sustancia de sus llagas, no que tuuiffe heridas penetrantes y sangrientas, como el Bien-aventurado S. Francisco tuuo la de su costado milagrosa y singularmẽte sano como vnos rayos de oro, y como resplandores del Sol, que reuerberan en vn espejo. Y esta fue grandissima merced de que hazen grandes encarecimientos los que de la santa ef-  
cruen y con razon: porque de todas maneras la quiso Christo honrar en el cielo y en la tierra, estampando en su cuerpo, y alma las señales de su Pasion. Encarece mucho esto el Papa Pio II. en el Oficio que hizo desta Santa, diciendo en el Hymno de Vesperas: Quem latet virtus, facinusque clarum, quo nequit dici sanctius per orbem vulnerum formam miserata Christi exprimis ipsa. Aduocat etiam in defensionem impresionis vulnerum Reuerend. Episcopum Monopolitanum Fr. Ioan-  
nem Lopez in hystoria generali Ordinis Prædicatorum, part. 6. cap. 122. ad finem, qui hæc transmisit in memoriã poste-  
rorum: *Est a sue la sustancia de sus llagas, no que tuuiffe heri-  
das penetrantes y sangrientas, &c.* Et latius profecquitur eun-  
dem stylum R. P. Ferdinandi del Castillo, nullo dempro ver-  
bo, nec appice, aut iora, explanans eodem sensu, ac sermone  
eodem hymnum Pij II. *Vulnerum formam exprimis ipsa.* Ad-  
ducit præterea Abrahamum Bzobium, quem pudet habere in  
nostra Bibliotheca, quem nolimus consulto, nec in manus  
sumere, nec inspicere quidem, nec ipsum consulere quid de  
Catharina sentiat: vadat ergo in domum correptionis Abra-  
hamus Bzobius. Author damnata fidei apud Theatrum Ro-  
manæ Urbis fidei capitis, & plenus spurcitarum, traddatur  
nitelæ Franciscanæ fraudibus expurgandus. Magister Alpho-  
sus Villegas in sanctorum floribus omnia expilauit à commu-  
ni Thesauro Raimundi Stephani, atque à Laurentio Surio  
eorundemque sensu intelligenda, quæ refert, vt ipse in princi-  
pio testatur, his verbis: *Cuya vida colegida de Fr. Raimundo de  
Capua su Confessor, y de Fr. Esteban de Sena, Prior de la Cartu-  
ja de Pavia, y referida por Fr. Laurencio Surio, es en esta ma-  
nera.**

76 Post Hystorioraphorum copiosam segetem, quorū  
 mentem, ac sententiam legistis fidelissimè expositam ad ver-  
 bum, addit ex precipuis viros omni autoritate, pietate, ac  
 sapientia excultissimos. E quibus, qui agmen ducit in ordine  
 est illustrissimus Episcopus Fr. Robertus de Licio ex Seraphi-  
 ca nostra Familia ad culmen dignitatis assumptus; cuius, qua-  
 liquè sententię sit Licius in sermone, quem ipse habuit ad po-  
 pulum die, quo annumerata est Cathalogo sanctorum, audi-  
 ipsummet loquentem verbis omni acceptione, & animaduer-  
 sione dignissimis: *Ego peccator, qui hunc sermonem confeci,*  
*actam ipsam, deuotione, qua possum, & colo, & veneror, erā-*  
*ti Romę, anno Domini 1461. anno 3. Pij Pontificis Maximi,*  
*quando Pontifex presatus, Spiritu Sancto volante, S. Cathari-*  
*nam solemni celebritate canonizauit: nulla tunc à referenti-*  
*bus, & vitam, & miracula Catharina facta est mentio de stig-*  
*matibus: nulla pictura cum stigmatibus fuit delata; nulla in-*  
*super in bulla (quam frequenter superius allegauimus) de stig-*  
*matibus mentio habita est. Ego insuper eo die canonizationis*  
*triarum ad populum habui post prandium in Ecclesia Mi-*  
*raue Ordinis Predicatorum, inspexi, & legi, & quidem se-*  
*nius, quę scripta erant de laudibus huius Sanctę, & nihil*  
*aliud inuenire potui, si quod superius expressum est de illo*  
*dolore, quem tulit absque signis in suo extatico raptu. Hęc Li-*  
*cius, quem pro se Author Quęstionis allegat, & refert. Post*  
*Robertum Licium sequitur Illustrissimus Magister Fr. Ange-*  
*lus Mantique in sermonibus varijs Sanctorum, lib. 3. discul. 6.*  
*pag. 628. loquitur de plagis S. Idę virginis: A santa Ida*  
*las dio inusfites des pues, como a santa Catalina de Sena, y*  
*en tan vehemētissimos dolores, como si en hecho de verdad se*  
*le estuieran abriendo entonces con la larga, y los clavos ma-*  
*riuales: me ha parecido aplicar este discurso a santa Ida, no pe-*  
*do competir con el en la fiesta de las llagas de S. Francisco, que*  
*de este Santo estā tan calificadas ya, que no es razō que las*  
*compita con el: o: ro ningno, por el respeto q̄ se le debe al Seraphi-*  
*Padre. Hęc ille, ibi.*

17 Adducit num. 15. latissimè verba Doctoris Fr. Francisci Fernandez Galuam Archidiaconi de Cerueira, Dicecensis Bracarenfis. Fatemur verba esse tanti Doctoris, sed diffitemur ad rem, quam intendit afferri: verba mutilauit ab initio in antecedentibus enim (cuius sensum connexum referunt consequentia) sermo est de reuelatione illa relatà à Surio superius citato, pag. 932. *Christus (inquit Surius) ei apparuit habens in dextera manu coronam auream miri decoris, in sinistra spineam, dixitque ei, ut eligeret utram mallet? Ego, inquit, Domine eupio in hac vita semper tua passioni conformari, simulque ex sinistra Saluatoris spineam coronam feruenter arripiens illam vi multa impressit in caput suum, illud vnde que spinis compungens, ita, ut post eam visionem capitis dolores sentiret.* Referens ergo hoc Christi cum virgine Catharina a colloquium, eiusque electionem coronæ spinæ asserit Galuam: *Y assi ofreciendole Christo dos coronas, vna de oro, y otra de espinos, escogio la de espinos para ponerse la en la cabeza, y sentio en el cuerpo los dolores, que dentro en el alma.* Hæc verba hucusque ducta amputauit, suppressit, & mutilauit Author Questionis, & ab his immediatè connexis incepit ad persuadendas plagas corporeas in communi per verba Galuam aientis: *Y quien senia el sentimiento de las llagas de Christo Señor nuestro tanto en el alma, por especial merced de Dios le truuo en el cuerpo.* Hoc est vt verba immediatè antecedenti continuatum sensum cum his habentia exprimunt: *Escogio la de espinos para ponerse la en la cabeza, y sentio en el cuerpo los dolores, que sentia en el alma.* Itaque Doctor Galuam haufit à Surio, quæ iste acceperat à Raimundo, vt inferius probat Galuam ex Iustin. in Author. Consul: *Decet mulieres coniugeti claritate frui, quoniam radijs meritorum coruscant.* Ecce radij puræ lucis à Raimundo adstructi ex ore Catharinæ. Claudit Scriptorum agmen, num. 16 Authoritate Bozij lib. 15. de signis Ecclesiæ, signo 59. cap. 3. *Idem contingit S. Catharina* Bozius autem nullo alio sensu potest loqui, nisi ex mente Raimundi

mundi, & in sensu ab Ecclesia approbato. Alios citat Autho-  
res prætermisissis verbis eorum. Hi autem, & quotquot addu-  
cuntur, hauserunt à Raimundo, & Antonino, vt latè con-  
stat ex num. 1. vbi clarè vidistis, quòd omnes Authores, quos  
pro sui tutela, ac defensione adducit Author huius Quæstio-  
nis, omnes ex diametro sese illi opponunt, atque directè cõ-  
tradiciunt vnanimi consensu, vnde vbi instrumenta parare  
militem conducere mollebat, ibi arma cudit, & milites  
collecti accuratissima in ipsum tella contorserunt: vt interim  
animaduertat, atque attentè exploret Academia Complu-  
rensis omnium florentissima, quibus adminiculis, qua fide,  
quo veritatis præsidio intendat persuadere sapientissimorum  
Doctorum acerrimo iudicio quibusdam perfugiarum spe-  
ciosi figmentis primam de stigmatizatione conclusionem.

### §. III.

*Oppugnatur secundum dictum Reuerendi P. M. Fr. Ioan-  
nis Martinez circa stigmata diuæ Ca-  
tharinae.*

*Author Quæstionis §. 3. à num. 18.*

Dico secundo, dùm vixit, fuerunt splendida, post mortem  
languinea, de ista conclusione minimè dubitarunt, qui fue-  
runt Romæ, quia ibi in conuentu Montalium sancti Domini-  
ci de Neapoli ostenditur manus sinistra S. Catharinæ perso-  
nata in loco clauorum, cuius vidi testes oculares.

### Responsio.

18. De ista conclusione omnino, & iure, meritoque dubi-  
tarunt plures Patres omni sapientia, vitæ integritate, indubi-  
tate fidei autoritate, qui fuerunt Romæ pro Comitibus Gene-

ralibus, & alijs ordinis officijs functi in aula Pontificia hic  
 proximè præteritis annis, & nos vidimus, & allocuti sumus  
 Matriti testè oculatū omni acceptione fideiq; dignissimum,  
 & auctoritate ornatissimum, qui manum istam S. Catharinæ  
 (vt dicitis) in prædicto cœnobio sibi ostensam Iysanotheca  
 chrystalina asseruatam vndequaque patentem luce claris  
 semel, & iterum, & pluries aspectauit cum socijs curiosis, ac  
 intentis oculis, manum equidem aridam excessam edaci ve  
 rustate aliqua parte corrosam, nullius clauis, nisi temporis eda  
 citate quasi perforatam nullius sanguinis vestigijs signatā.  
 Adijcio, ais, testimonium valdè suscipiendum Reuerendi P.  
 Fr. Ignatij de Coutinho, & adijcere poteras Castellinum, (re  
 latum, & exploratum à Reuerendo P. Fr. Luca Vvadingo, tom.  
 6. Annalium. pag. 159.) qui ausus fuit asserere contra verita  
 tem hystoriæ, & decreta Pontificia, stigmata D. Catharinæ  
 octo annis ante mortem fuisse visibilia, & Venetijs asseruari  
 pedem perforatum, & incorruptum. Admitimus virum esse  
 grauem, & si nos præmissa, & alia inferius assignanda in con  
 trarium non inclinarent, acquiesceremus testimonio viri gra  
 uis, & si vltius opus F. Ignatij de Coutinho posthumum non  
 esset, quia vt constat ex numer. 9. qui in officio cultui diui  
 no dicato fraudes commiscet, quid mirum est, si idem suspi  
 cetur patratum in opere posthumo Coutinho? Præterea inuidi  
 semper Patres Dominicani stigmatibus S. P. N. Francisci de  
 traxerunt: Primus, qui contionem habuit contra ipsius stig  
 mata fuit Dominicanus, quem Gregorius IX. in Bulla, quæ  
 incipit: *Non minus dolentes* sub datis 2. Kalendas Aprilis, an  
 no 11. sui Pontificatus, appellat *Blasphemum*. Quidam Fr.  
 Thomas de Auerfa Dominicanus contionem habuit apud  
 Tustiam in die festo sancti Petri martyris eiusdem ordinis, &  
 eo studio extulit vulnera huic sancto martyri infligta, vt S.  
 P. N. Francisci stigmatibus detraheret, atque his innani qua  
 dam distinctione præferret illa, quæ præclarus fidei Agono  
 theta constanter pro eiusdem fidei confessionem suscepit:

Refertur à Fr. E.  
 manuele Rodri  
 guez, pag. 24.

nare apud Sedem Apostolicam accusatus dignissimas suae  
 meritis in poenas contentas in bulla Nicolai IV. anno  
 1288. ad Priorum Provinciale Provinciae Tustiae, incipit:  
*Ad aures nostras sub datum Romae apud S. Mariam Ma-*  
*gorem Pontificatus anno 4. Adhuc ultra excreuit aliquorum*  
*audacia, ut in appendice ad supplementum Chronicorum*  
*Nicobi Bergomatis, lib. 17. sub anno 1509. hac referantur:*

*Monachi quidam Ordinis Praedicatorum infelici-*  
*re comburantur, quod ex quodam fraterculo, quem multum*  
*reuerentur Diuum quemdam sibi confixisse viderentur ad Francis-*  
*corum imitationem. Eum enim miseris modis vulnerant,*  
*effigiemque insignitissimam appareret. Si haec a Patribus Praedi-*  
*coribus experti, & passi sumus, quomodo persuadere nos*  
*poterit opus posthumum Coutinhi, in quo totam vim, &*  
*etiam suae conclusionis aduersarius noster suam habet?*

Sed vnde quae so post integra saecula prodeunt asserta  
 peregrina hoc saeculo ista spargi ceperunt? Neque enim  
 huius temporibus quidquam de huiusmodi reliquijs inso-  
 litis, neque est, aut fuit quispiam, qui referat vnde venerunt,  
 vnde, vel per quos a corpore abscissa: quod loco custodit:  
 quem manus Monialibus S. Dominici Romae tradidat:  
 ubi erat manus ista cum his agitabatur ardentissima conten-  
 tione Romae inter fratres vtriusque religionis? vbi asseruaba-  
 tur cum Sixtus IV. negotium commisit Illustrissima Fami-  
 liae Dominicanae in Comitibus Generalibus, consueti, ut rem fe-  
 sta, maturaque discussione examinarent? Ibi totius Religio-  
 nis praecipui viri ex omnibus plagis aggregati in vnum, qui  
 totius Religionis bene perspectas, notissimasque habent,  
 huius manus tanta obliuio! illiusque pedis tanta nescien-  
 tia! nulla omnino cognitio inter tot praecipuos fratres! Quae  
 tunc temporis manus ista, aut pes ille Pontifici Sixto IV. si ad-  
 huc manebatur religione culta non ostendebatur ad litis  
 decisionem? an fortassis manus ista, aut pes ille miraculosè è  
 caelo de lapso? Neque Raimundus, neque Thomas, neque Ste-  
 pha:

Exat. apud Vva-  
 ding. tom. 2. ad an-  
 num 1291. §. 23. &  
 24.

+

phæus, neque Lippomanus, Surius, aut Antoninus pontifi-  
vitæ Scriptores, quorum aliqui minutissimas qualque fur-  
ris, mortis, & translationis circumstantias adnorarunt,  
abscisis his membris quidquam attingerunt, & post obli-  
ratam temporis memoriam apparuerunt repente, ac nouis-  
mè volūt adstruere reliquias, quas Patres nostri antiquiores  
non coluerunt: neque alioquin expediebat tempore mortis  
absque aliqua memoria, aut rumore mutilare corpus. In tra-  
latione autem certissimum est non fuisse rescissam: *Post hoc  
rificam eius sepulcrum* (ait S. Antoninus, 3. part. tit. 23. cap.  
14. §. 19. in fine) *in conuentu prefato Sanctæ Mariæ super Ne-  
neruam, me tunc in dicto conuentu existente Priore translatus  
est corpus dictæ virginis circa annum Domini 1480. & collo-  
catam in sepulchro marmoreo, quod incineratum erat ossibus  
remanentibus, nec incineratio ipsa arguit minorationem san-  
ctitatis eius.* Hæc D. Antoninus, cui deferendum est, quip-  
pio in virginem deuoto sancto tunc præsentī, ad quem ex of-  
ficio prælaturæ, quam gerebat, omnia spectabat obseruare  
vti de factō obseruauit, quem credibile non est hæc tacuiss-  
reliquiæ pignora preciosa, quæ maximè conducebant ad re-  
cum si existerent incorrupta inter reliqua membra resoluta  
in cineres, singulare demonstrarent portentum perfectionis  
Hæc de causa tam diligenti enarratione descripsit nobis Se-  
raphicus Doctor D. Bonauentura, D. Antonij Paduani lin-  
guam à tabe, & corruptione immunem. Alij Chronographi  
D. Bonauenturæ caput solidum capillamentum hærens la-  
bia, dentes, & linguam in nullo à vitali statu, aut colore de-  
mutatum. Sancti Ianuarij sanguinem in ampulla vitrea con-  
cretum in conspectu capitis eiusdem martyris positum ad-  
mirandum in modum colique fieri, & evullire: perinde, ac re-  
cens effusum. Cùm ergo D. Antoninus, qui minima scripsit  
de Catharina, de manu, & pede isto nullam fecerit mentio-  
nem, neque alius quisquam Chronographus, vrgentissimis  
ducimur coniecturis pene euentibus manum, & pedem istū

credendos de manibus, fidemque negandam dubijs, obsequi  
que rumusculis aduersariorum. Beati ergo nos, qui, aut nō  
identes, aut firmum, vel probabile habentes fundamentum,  
quaquam credimus, aut plagas, aut manum, & pedem  
suis perforatos persuadentes.

*Author Quaestionis eodem § num. 21.*

Post quæ non video quid amplius in puncto hoc compro-  
pando increduli possint expetere, quia S. Thomas postquam  
vidit, & tetigit, &c.

**Responso.**

20 Post dicta nihil expectamus aliud, quàm, ut quæ dicta  
sunt ab Authore Quaestionis vera sint. Dùm firmo non nita-  
mur fundamento, gloriamur incredulos nos esse: increduli su-  
mus in re tanti ponderis, ne citò credentes leues simus cor-  
de, & ne propterea credulitas vertatur in temeritatem. Cui  
Thomas vestigia fidei sic requirit? Quærit S. Petrus Chriso-  
logus, serm. 84. & respondet normam, & exemplar extitisse  
ceteris credendi temporibus futuris: *Certe* (inquit) *prophetia*  
*magis quàm cunctatio fuit, & prædicaturus hæc in gentibus,*  
*quemadmodum tanta fidei adstrueret. Sacramentum executor*  
*strenuus perquirebat.* Hæc optimè, & ad rem nihil aptius.  
Thomas ergo postquam vidit, credidit; nos itidem cum ne-  
que vulnera D. Catharinæ attingimus autoritate proponē-  
tum, neque alicuius momenti probantur, nobis fulcimentis  
fidei brachijs non amplectimur. Cautissimi in credendo cun-  
ctamur libenter in totius bonum Ecclesiæ, ne ruinam adstrua-  
mus arcanorum firmitati, ne vè illud Regis Anglorum pro-  
bro obijciatur nobis, quod ab ipso olim iactabatur in alum-  
nos Ecclesiæ, ut refert sapientissimus P. Suarez contra Regē  
Angliæ, lib. 2. cap. 8. num. 2. *Sed tot nugis, quæ in nouissimis*

*Sanctorum altis, ac legendis perscribuntur, sane credulitate  
incam deludi non poter.*

§. III.

*Oppugnatur tertium dictum R. P. M. Fr. Ioannes Marti  
nez circa stigmata D. Catharinae.*

*Author Quaestionis conclusione 3. num. 22.*

Certum iam est S. Catharinae imagines pingendas cum  
stigmatibus Christi. Probat autoritate D. Thomae aientis 2.  
2. quaest. 12. art. 12. maximam habet auctoritatem Ecclesiae  
consuetudo,

Responsio.

21. Admittimus libentissimè D. Thomae rationem, quae  
evidens, & efficacissima comprobatio nostrae conclusionis  
est per rei factum positae à numer. 1. ubi manifestè patet sem-  
per ab Ecclesiae auctoritate, literis, & mandatis fuisse repug-  
natum, atque pro viribus contradicendum, ne cum stigmatibus  
pingerent Patres Praedicatorum, aut quicumque alij D. Ca-  
tharinam, vel ad populum contritionibus publicè proponerent.  
*Quod, & fecerunt* (inquit Sixtus IV. in Bulla *licet dum mili-  
tans*) *in contemptum mandatorum huiusmodi, & scandalum*  
*plurimorum.* A Sixto autem IV. ad nostra usque tempora Va-  
bani VIII. & per auctoritatem Summorum Pontificum, &  
per Magistrum Generalem Leonardum Perusinum in Capi-  
tulo Generali Perusino sub gravissimis censuris, & poenis  
fuisse semper prohibitum, à nemine, qui rei seriem, & statum  
vellit perquirere, aut consulere, ignorari poterit. Legat si pla-  
cet, Iustinianum Dominicanum de imaginibus S. Catharinae,  
§. 6. Nostrum Vyadingum tom. 6. Annalium ad annum 1472.

num. 64. pag. 759. Mens autem Clementis VIII. qui fuerit lu-  
 ce clarius, patet supra num. 5. & apud Illustrissimum Episco-  
 pum Monopolitanum Fr. Ioannem Lopez, 3. part. hystoriae  
 Ordinis Prædicatorum, lib. 3. cap. 16. de scribitur ad verbum:  
 ergo pro hac re nihil verius, quam illud Aug. lib. 5. contra Do-  
 natistas, cap. 15. *Sed cum consuetudine veritas suffragetur, ni-  
 bil oportet firmitus retineri.* Omnia quæ ab Authore conge-  
 rantur toto, §. à num. 22. vsque ad 25. si rectè, si sincere inspi-  
 ciantur contra ipsum pugnant. Sed num. 26. asserit, ex lectio-  
 ne 3. Breuiarij Ordinis Prædicatorum, quæ est 6. in Romano  
 edita a Sanctissimo Urbano VIII. & relata superius, nume. 8.  
 omnes suas conclusiones esse quasi canonizatas, stigmata-  
 que approbata. Verba repeto lectionis, vt quanta calami ce-  
 lebritate, quàm sine examine, discussioneque contra perscrip-  
 tum Ecclesiæ, mentemque Summorum Pontificum canoni-  
 zet tres conclusiones ex præmissis nullo veritatis nexu coeū-  
 ribus, sed sophistico apparatu cum vniuocis, confusis, & per-  
 mixtis congenitas: Verba Urbani hæc sunt: *Hanc itaque gra-  
 tiam (quæ videlicet refert Raimundus) amantissimus Do-  
 minus noua gratia cumulauit, vt sentiret dolorem, illapsa vi  
 vulnerum, & cruenta signa non apparerent, quod ita contigis-  
 se cum Dei famula Confessario suo Raimundo retulisset, vt  
 oculis, etiam representaretur radios in imaginibus B. Cathari-  
 nae, ad dicta quinque loca pertingentes pia fidelium cura pictis  
 solaribus expressit.* Sed rogo vos in memoriam reuocetis de-  
 cretum, quod præcessit, & approbavit Urbanus VIII. vt le-  
 ctio hæc post causam plagarum ab Eminentissimis Cardina-  
 libus prudenter, maturoque consilio adhibito discussam cō-  
 ſideretur: *Facto tamen verbo cum Sanctissimo, qui annuis dum-  
 modo non fiat mentio de stigmatibus* supra num. 6. quid cla-  
 rius, & Illustrius ad rem nostram, ex his, conclusiones suas  
 manifestè reprobantibus, audet canonizare eas. O quantum  
 fudit ingenij viribus vir iste sapientissimus!

22 A num. 27. ad 28. vel non sunt ad rem, quæ adducit

D

vel

vel eiusdem farinae cum prædictis. Num. 29. appellat scrupulum rem tanti ponderis, ac momenti non depingi cum litigantibus sanguineis S. Catharinam, quod iam inde à multis temporibus acriter controuersum est, & à Summis Pontificibus prohibitum, quia contra veritatem facti, & nouissimè ab Urbano VIII. vt modò iam vidistis. Miror in tanto Patre cōscientiæ latitudinem: at qua arte pingi possit color iste, vel pura lux non reperit, sed inuenit Ecclesia ex præscripto Urbani: *Vt oculis etiam representaretur radios in imaginibus B. Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes pia fideiūm cura pictis coloribus expressit.* Modus autem, & ars exprimendi hos colores ad Pictores, non ad ipsum spectat, *Tractent fabrica fabri,* ad Catholicos attinet ex Urbani decreto, *Vt eruentia signa non appareant.* Illud de pictura agni digito Præcursoris demonstrati recepta, & admissa à 6. Synodo rem nostram conuincit efficaciter, etenim agnus graphice scultus aliquando ab ipsa Synodo, canone 82. fuit prohibitus, teste Angelo Siluestro, Armilla, & alijs propter deceptionem, & errorem multorū, quo tēpore perstravit error, cum autē testē Gregorio Magno, lib. 9. episto. 9. *Quod legentibus scriptura, hoc, & idiotis præstat pictura,* ne vulgus imperitum, & ignarum respiciens B. Catharinam stigmatizatam plagis profundis, & inflictis eo, quo solet modo, & more Seraphicus P. N. Franciscus exprimi debet notis radiantibus extrinsecus hærentibus absque percussione, vt quid hæc, quid ille à Christo Domino receperit ex sacris vulneribus nostræ redemptionis, quo optimè, & veritati, & singulari priuilegio Seraphici Patris erit consultum, quin imperita plebs laboret in æquiuoco, non nostrum hoc consilium est, sed Laurentij Iustiniani ex Sacro Ordine Prædicatorum viri sapientissimi: *Verum ad omnes (inquit loco citato, §. 8. ante finem) contentiones sopiendas, & controuersiam ex æquo, & bono finiendam in utriusque parti optimè consultum erit, si Sanctæ virginis Catharinæ imagines, quando non solo attramento, sed coloribus varijs post has for-*

abuntur non sanguineis, sed aureis, aut fulgidis, & quasi radiis  
 auribus nostris effingantur, quod aliqui Pontifices Maximi  
 quod Bazium vehementer probarunt. Vtinam consilium istud,  
 non minus prudens deprecatio Guillelmi Pepini admittatur  
 eiusdem instituti nobilis Contionatoris! Postquam enim  
 sermone de S. Catharina multis docuit cicatrices fuisse inter-  
 ius in sine subiungit: *Rogo ergo confratres meos Prædicatores,*  
*quoties contigerit illos prædicare de hac materia, sobrie loquã-*  
*ur, ut potè dicendo cicatrices D. Catharinæ exterius non appa-*  
*uisse.* Vtinam Author Quæstionis hoc exequeretur consi-  
 lium.

33 Probat n. 32. eiusdem §. à simili de sanctis Angelis, qui  
 anis in corpore pingēdi sunt corporei, ex n. 6. Synodo act.  
 & ex Gregorio Nazianzeno, oratione 16. pingi debent  
 gentes, & candidi ad significandam puritatem eorum. Be-  
 omnia hæc, & verè dicta; & in primis si Angeli fulgētes, &  
 didi luce pura pinguntur ad internam exprimentam mū-  
 dem, cur negauit num. 29. posse pingi B. Catharinam lucis  
 radijs? Duobus de causis pinguntur Angeli molle cor-  
 onusti; vel quia hac nostra tempestate, adhuc probabi-  
 opinio est sapientissimorum hominum Angelos re vera ef-  
 corporeos, ita plures Patres, quos refert Suarez lib. 1. cap.  
 4. quorum opinionem probabilem reputant Noster  
 2. part. controuersia 5. conclusione 1. & nouissimè  
 silissimus Pater Delgadillo, tract. de Angelis, cap. 2. diff.  
 2. quo admissò, quod vere est vere pingitur, in quo ne-  
 iniuriam cuiquam fit, neque occasio fraudis offertur in-  
 us, vel si incorporei (quod verius iudicamus) corperi cõ-  
 pinguntur, quia alia res quam corporea non est, qua pin-  
 sinit; at in re nostra duplex forma corporea sese offert ad  
 ram, & cicatrices sanguinæ, & radijs lucis pertingētes  
 in externam, hi, & non amplius debentur D. Catharinæ,  
 P. N. Francisco sanguinea profunditate stigmati-

Retorquet in nos à simili argumētum pro nobis factum, & assumptum à Sixto IV. videlicet, *Quod si dicta S. Catharina Stigmata huiusmodi habuisset foelicis recordationis Pius Papi II. qui eandem S. Catharinam Cathalogo Sanctorum adscripsit, & suarum virtutum prerogativas in sua canonizatione inlentissime declaravit specialem, de hoc singulari privilegio fecisset mentionem.* Hoc argumentum, quod est in moralibus pene evidens, ita in nos retorquet: plusquam certum est S. N. Franciscum à Deo mirabiliter accepisse in sacramento suo corpore quinque vulnera nostrae redemptionis, & tamen Summus Pontifex Gregorius IX. qui eum Cathalogo Sanctorum adscripsit, nullam de plagis fecit mentionem in Bulla canonizationis: ergo Pij II. silentium in eiusmodi diplomate D. Catharinae nihil minuit certitudinem, & veritatem, quam expressit in hymno, & lectionibus in laudem eius.

### Responsio.

24 Hoc argumentum, quod sibi videretur evidentissimum, evidentissime soluitur; dispar enim est utriusque ratio, in vna Bulla silentur vulnera, sed in Bulla canonizationis S. N. Francisci Gregorius IX. non commemorat, neque percurrit sigillatim; neque speciatim singulas, ac specialissimas virtutes huius sancti, sed generatim sub forma communitatum, & sanctum commendat, ut moris erat illis saeculis Summis Pontificibus in diplomatis canonizationis sanctorum. Ulterius Gregorius IX. (ut plures Pontifices relinquam) statuit motum fuisse ab hoc singulari privilegio, ut S. P. Franciscum Cathalogo Sanctorum adscriberet. Audi ipsam Bullam, quae incipit: *Non minus dolentes, relata supra numero obiurgantem Dominicanum incredulum: Nec in Christi*

Sanctum eundem manibus, pedibus, ac latere huiusmodi  
stigmatum privilegio decoravit, nec nobis, qui ex tanto mira-  
culo cum cæteris probato solemniter, causam specialem habui-  
mus, quod ipsum adscripsimus Cathalogo Beatorum. Similia  
verba adducit Gregorius IX. in Bulla, quæ incipit: *Vsq̄ ad*  
*terminos orbis terræ contra quemdam Episcopum dubitan-*  
*tem de stigmatibus, sub datis Viterbi 2. Kalendas Aprilis Põ-*  
*tificatus anno 11. De stigmatibus vero* (inquit) *plures fide dig-*  
*nissimi, quos miraculi tanti conscios diuine placuit reddere*  
*pietati testimonium veritate perhibeant, & ad hoc fidelis ma-*  
*ter Ecclesia suffragetur, quæ ex huiusmodi miraculo cum mul-*  
*tis alijs debita solemnitate probato causam specialem habuit,*  
*quod eamdem Sanctum Cathalogo Sanctorum adscripsit. Quæ*  
*omnia desideramus facta in D. Catharinam à Pio II. qui qui-*  
*dem percurrit luculentissimè minutissima quæque omnium*  
*virtutum eius, & nullam de stigmatibus fecit mentionem,*  
*nec verbum quidem. Præterea Hymnus, vel non est editus à*  
*Pio Secundo, vt dicebamus num. 9. vel si editus non de stig-*  
*matibus profundis, & sanguineis debet intelligi. Stigmata re-*  
*lata in lectionibus non commemorantur in officio antiquo-*  
*ri edito à Pio Secundo, sed edita sunt à Patribus Dominica-*  
*nis, vt ibidem aduertimus, & numer. 15. Bullæ autem à nullo*  
*Summorum Pontificum expeditæ sunt in commendatio-*  
*nem stigmatum D. Catharinæ, neque aliquod decretum Pon-*  
*tificium, aut sacræ alicuius congregationis Cardinalium;*  
*imò multa diplomata contra ipsa stigmata. Cætera omnia*  
*quæ adducit Author Quæstionis satis, superque ex dictis re-*  
*feruntur. Hoc postremum in calce repetimus, verum harum*  
*stigmatum, rectumque sensum omnem pendere ex antiqua,*  
*veterique traditione Raimundi, Antonini, &c. Qua reiecta, &*  
*non cõquisita protulit de Thesauro suo noua, sed non vetera,*  
*licet immerito gloriatur cû Basilio Magno, Hom. 1. de Laudi-*

bus

bus Ieiunij se vetustatis cum maioribus candidatum, & ve-  
neratorem.

*Quidquid vetustate precellit, illud venerabile  
est, neque enim recens inuentum est, sed pre-  
tiosus Thesaurus à maioribus repo-  
situs, ac traditus.*